Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift

inuenta in me iniquitas. Vt non loquatur os me
um opera hominum propter uerba labiorum tuorum
ego custodiui uias duras. Perfice gressus meos in
semitis tuis ut non moueantur uestigia mea.
Ego clamaui quoniam exaudisti me deus inclina aures
tuam mihi. et exaudi uerba mea. Mirifica mise
ricordias tuas qui saluos facis sperantes in te.
A resistentibus dextere tue custodi me ut pupillam
oculi. Sub umbra alarum tuarum protege
me a facie impiorum qui me afflixerunt. Inimi
ci mei animam meam circumdederunt adipem
suum concluserunt os eorum locutum est superbiam.
Proicientes me nunc circumdederunt me oculos
suos statuerunt declinare in terram. Susceperunt
me sicut leo paratus ad predam et sicut catulus
leonis habitans in abditis. Exurge domine preueni
eum et supplanta eum eripe animam meam ab
impio gladium tuum ab inimicis manus tue.
Domine a paucis de terra diuide eos in uita eorum de ab
sconditis tuis adimpletus est uenter eorum. Satura
ti sunt filii et dimiserunt reliquias suas paruulis